



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Capitularia Regvm Francorvm**

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae  
doctissimorum virorum

**Baluze, Etienne**

**Parisiis, 1677**

Capitulare tertium ejusdem anni.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-19366**

XIII. De ordinando Abbatem.

XIV. De fratribus in via directis.

XV. Ut nullus Abbas pro susceptione  
monachi præmium non querat.

XVI. Ut disciplina monachis regula-  
ris imponatur, non secularis, id est, non  
orbentur, nec mancationes alias habeant,  
nisi ex auctoritate regulæ.

## CAPITVLARE TERTIVM ANNI DCCLXXXIX.

I. **V**T Comites pupillorum & or-  
phanorum cauas primū au-  
diant. Et in venationem non vadant illo  
die quando placitum debent custodire,  
nece ad pastum.

II. De sacramento fidelitatis cauā  
quod nobis & filii nostris jurare debent,  
quod his verbis contestari debet. *Sic pro-  
mitto ego ille partibus Domni mei Karoli  
Regis & filiorum ejus quia fidelis sum &  
ero diebus vite meae, sine fraude vel mala-  
ingenio.*

III. De monasteriis minutis, ubi non  
nanus sine regula sedēt, volumus ut in  
uno loco congregatio fiat regularis, &  
Episcopi prævideant ubi fieri possit, & ut  
nulla Abbatissa foras monasterio exire  
prefumat sine nostra iussione, nec sibi  
subditas facere permittat, & earum clau-  
stra sine bene firmata, & nullatenus ibi  
viniileodes scribere vel mittere præsum-  
mant, & de pallore carum propter fanguini-  
minationem.

IV. De tabulis vel codicibus requiren-  
dis. Et ut nullus in psalterio vel in evange-  
lio vel in aliis rebus fortire prafumat, nec  
divinationes aliquas observare.

V. Ut nullus glorietur per injustum ra-  
tionem aut conquerere aliquid aut conti-  
nere.

VI. Ut illæ disciplinæ quæ propter le-  
gem conservandam sunt constitutæ, prop-  
ter præmium non dimittantur.

VII. Ut audiant Episcopi baptisterium  
Prefbyterorum, ut secundum mōrem Ro-  
manum baptizent.

VIII. De calceamentis secundum Ro-  
manum ultim.

IX. Ut in diebus festis vel dominicis  
omnes ad Ecclesiam veniant: & non invi-

tent Presbyteros ad domos suas ad Missas  
faciendas.

X. Omnino prohibendum est omnibus  
ebrietatis malum. Et istas conjurations  
quas faciunt per sanctum Stephanum, aut  
per nos, aut per filios nostros, prohibe-  
mus. Et præcipimus ut Episcopi vel Ab-  
bates non vadant per casam miscendo.

XI. De eo quod Missi nostri providere  
debent ne forte aliquis clamor super Episcopum  
vel Abbatem vel Abbatissam vel  
Comitem seu super qualemcumque gra-  
dum sit, & nobis renuntiare.

XII. De iujustis teloneis.

XIII. De manu leprosi.  
XIV. Ut monachi, & qui in gradu fa-  
cerdotali constituti sunt, ad secularia ne-  
gotia non transeant. De reliquis tonfor-  
atis detur spatium usque in synodus no-  
stram.

XV. Ut Episcopi & Abbates & Abba-  
tissæ cupillas canum non habeant, nec fal-  
cones, nec accipitres, nec joculatores.

XVI. De pauperibus in plateis vel in  
quadruviis jacentibus, ut ad Ecclesiam  
veniant, & illorum confessiones donentur.

XVII. Ut super altaria teguria fiant  
vel laquearia.

XVIII. Ut cloacas non baptizent, nec  
chartas per perticas appendant propter  
grandinem.

XIX. Ut Missi nostri provideant bene-  
ficia quomodo sint condirecta, & nobis  
renuntiare faciant.

XX. De leprosis, ut se non intermis-  
cant alio populo.

XXI. Et omnino Missis nostris præci-  
pimus ut bona que aliis per verbum no-  
strum docent facere, factis in se ipsis often-  
dant.



*Post superiora capitula sequuntur in vetustissimo codice MS. Longobardico bibliothecae Thuane duo sequentia, cum hoc titulo.*

ITEM DE REBUS ECCLESIAVRUM.

I. **V**olumus ut qui aliqui per testes exinde quaecunque rem tollere voluerit, per quinque vel septem testimonia dicant suum testimonium, & sic tollantur quaecunque rem, quia testamento quod Romani faciunt firmum non posset nisi per quinque aut per septem confirmatur.

II. Item de thesauro quod subitus ter-

ram invenitur inventus fuerit in terra Ecclesiarum, tertia ad partem Episcopi revocetur. Et si aliquod Langobardus aut quilibet homo propria spontanea voluntate cavaverit, & aliquis ei dominus dederit in propria sua quarta portione, exinde tollantur, & ille verò tres portiones ad nos perveniat, & de verbo nostro ut nullus præsumat aliter facere.

PRÆCEPTVM DE INSTITVTIONE  
EPISCOPATVVM PER SAXONIAM

Datum anno Christi DCCLXXXIX.

**P**Receptum quod sequitur de institutione & finibus episcopatus Bremensis unum est ex variis exemplaribus que Karolus Magnus scribi fecit cùm Saxoniam, quam Christi imperio nuper adjecerat, in octo diacones divisit, ut patet ex libro primo historie ecclesiastice Adami Bremensis. Is enim, cùm dixisset Karolum, postquam Saxoniam in provinciam redegerat, in octo eam episcopatus divisisse, demum addit: Cujus exemplar divisionis, quod ex precepto Regis in Bremensi Ecclesia servatur, his cognosci potest verbis. Tum subiungit præceptum de institutione episcopatus Bremensis. Præceptum de fundatione episcopatus Verdensis, quod est alterum istius divisionis exemplar, nuper in lucem prodit beneficio Joachimi Iohannis Maderi, sed corruptum & interpolatum in aliquot locis. Nobis satis cūsum fuit ad institutum nostrum, unum divisionis illius exemplar preferre.

**I**n nomine Domini & Salvatoris nostri Iesu Christi, Karolus divina ordinante providentia Rex. Si Domino Deo exercituum succurrente in bellis victoria potius sumus, in illo, & non in nobis, gloriamur, & in hoc seculo pacem & prosperitatem & in futuro perpetuam mercedis retributionem nos promereri confidimus. Quapropter neverint omnes Christi fideles quod Saxones, quos à progenitoribus nostris ob suę pertinaciam perfidia semper indomabiles ipsique Deo & nobis tamdiu rebellis quoque illius, non nostra, virtute ipsos & bellis vicimus & ad

Tom. I.

Q. ii

baptismi gratiam Deo annuente perduximus, pristinæ libertati donatos, & omni nobis debito censu solutos, pro amore illius qui nobis viatoriam contulit, ipsi tributarios & subjugales devotè addiximus, videlicet ut qui nostraræ potestatis jugum hactenus ferre detrectaverunt, vici jam, Deo gratias, & armis & fide Domino & Salvatori nostro Iesu Christo & sacerdotibus ejus, omnium fuorum jumentorum & fructuum totiusque culturæ decimas ac nutrituræ divites ac pauperes legaliter constricti perfolvant. Proinde omnem terram eorum antiquo Romanorum more in